



**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis  
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de  
monte Carmelo**

**Trithemius, Johannes**

**Coloniae Agrippinae, 1643**

Cap. V. Quare, & à quo tempore Religiosi huius Ordinis vocentur Fratres B.  
Mariæ Virginis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](#)

**Greg. XIV.** *Greg. XIV. & Clem. VIII.* Singularissima certè gratia, qua nulla alia Religio potitur: quamuis enim **Clè. VIII.** Seraphici nostri Patris S. Francisci habitum portantibus plenaria Indulgentia concedatur, eiusdem **NOTA** reliqui Mendicantium Ordines participem prerogari non redduntur, eandemque Carmelitanæ familiae consacrae cœlitus *Clemens VII.* felicis recordat, gratia vero **sacri Scripturae** Sabularis Bulla propria est illius, & non alijs communis. Scapulare ergo hoc, signum est future salutis, **B. Mariae** pignus vita eterna, ac symbolum fœderis, seu patrum monte sempiterni argumentum. ut enim Deus Gen. 17. p. **Carmelo.** pigit olim cum Abraham fœdus, signumque eius Gen. 17. buens, inquit: *Hoc est pactum meum, quod seruabit inter me, & te, & semen tuum post te.* protestabatur ille Christum ex genere suo oriundum fore, modo autem Virgo signum præbet, quo se sacræ humeræ Religionis alumnis Matrem amantissimam protestatur, Carmelitas Filios sibi adoptans.

## CAPUT V.

*Quare, & à quo tempore Religiosi huius Ordinis vocentur Fratres B. MARIAE Virginis.*

**H**uius igitur in Filios adoptionis privilegio hodierna die illustri adeò filiatione exornantur, adeoq; celebri titulo insigniuntur, ut Ducum, Marchionum, Comitum, & omnium Principum terræ honorificentissimos titulos longe præcellat. Quemadmodum autem, cum quis Marchionatus, titulo præfulgebat, si Dux, vel Princeps declaratur à Rege, Marchionis nomine suppresso, Ducatus, seu Principatus honorificentiorum titulum assumit: non secus huius Ordinis Fratribus libenter iam factitare, qui cum antea Fratres Carmelitæ, Eliæq; sequaces nominarentur, alium gloriosorem à B. Virgine sibi donatum suscepserunt, cum Fratres Deipara Virg. nuncupentur. Refert in idem *Ioā. Trith.* argumentum Ioannes Trithemius, grauissimus Augustinus.

Auctor, Abbas Ordinis S. Benedicti in lib. quem conscripsit de laudibus Carmelitanae Religionis c.7. paulò post Christi passionem , crescente per Iudeam fide Christiana, Fratres huius Religionis, qui inhabitabant Carmelum Eliae , qui est in diœcesi Primum Cœsariensi, inter Iudeam, & Phœniciam ædificasse templum facellum in illius montis latere , MARIAE Virginis, dedicatū Dei Matris sacrum. quod à Palæstiniis, Phœnicibus, in honore Galilæisque gentibus maximè fuit frequentatum, B. Mariae & in summa veneratione habitum, quod existimat̄ Virg. adi- retur primam in laudem SS. MARIAE Virginis ere- ficarunt etiam. Hanc capellam ædificauit Agabus, huius Re- Carme- ligionis Alumnus, ut testatur Baptista Mantuanus lita. in Parthenicis MARIAE per varia carmina, quæ & Bapt. M. A. refert Thomas à IESV Carmelita Discal. libro pri- Thom. mode antiquitate Ordinis Carmelit. cap. 15. Carmelit.

— secumq; putans audit a se ueros

CARMELI Patres adiijt, ( tunc omnes Eremi  
Curafuit penes hos, & cœlebis ocia vita )  
Moribus auxilium fractis habiturus, ut altam  
Se tulit in monte requiem, siluasq; silentes,  
Per secreta tulit gressum spelæa, virumq;  
Viuendi cœlestis genus miratus, amorem  
Imbibit immensum cœli, seque ipse perosus  
Incola CARMELI vixit, tandemque veluto  
Tempore, cum magno fidei mysteria PAVLO  
Edidicit, MARIAE primus cum Patribus adem  
Vertice CARMELI posuit, sociosq; vocatos  
Ad Iordanis aquam lustralibus abluit undis.  
Cum Baptista nouæ iaceret primordia gentis  
Hippodus hirsutæ villoso tegmine capra,  
Prothographus Lucas AGARVM vocat, omnia multo  
Ante videns animo fuit, interpresq; futuri.  
Namq; catenarum nodos & ferrea PAVLO  
Vincula prædictit, longosq; per aquoracursus.  
Vipereos morsus, simoniacosq; volatus  
Insidiasq; sua Gentis, bellumq; sub ipso  
Et celebrem palmam, venturaq; fata Nerone.

R 2

Hoc

Hoc autem facellum , vt animaduertit IOANNUS Patriarcha Hierosolym. in lib. de institutione Monachorum, cap. 36. adificatum fuit in loco, vbi antea erat facellum sanctissimi & clarissimi patris ELIAS huius inclitae Religionis Institutoris, & Patroni quod iniurijs temporum perierat : fecerunt illum

*Thom. mentionem grauissimi auctores, præsertim THOMAS WALDENSI de Sacrament. tit. 9. cap. 89. & do-*  
*Waldens. MAS Waldensis de Sacrament. tit. 9. cap. 89. & do-*  
*Nauar. Etiusimus Nauarrus in tractat. de Horis Canon. i. 11.*  
*num. 26. & 27. vbi adducit quosdam de hoc facello*  
*Bapt. MAT. eiusdem Mantuani versus, lib. 3. Parthen. Maria,*  
*quos libuit hic transcribere : adiunctis alijs non-*  
*nullis ex eodem libro, quibus Beatiss. Virginis circu-*  
*ca Carmeli incolas amorem , vicissimq; eorum ob-*  
*sequium in dicto ei facello erigendo commendat:*  
*In vidua deserta domo rerum indiga Virgo*  
*Coniuge defuncto, Natoq; in regna recepto,*  
*Ducebat tristi vitam mœrore iacentem.*  
*Iam charas olim comites Martham atq; sororem*  
*Eurus ad occiduum tulerat sine remige littus.*  
*Propterea amissi quarens solatia Nati,*  
*Palladia collem dederant cui nomina silue*  
*Et loca, quæ curare magis quondam ille solebat*  
*Affiduè, tanquam prolem visura petebat.*  
*Impatiens amor est, maioraq; viribus audet,*  
*Seq; reperturum credit, quæ ardentius optat.*  
*Inter Casareas arces, Tyriosq; colonos*  
*Et vada Iordanis frontem Carmelus in auras*  
*Tollit, & affiduos latices in vertice summo*  
*Parturiens silvas, salientibus irrigat undus*  
*Atq; supercilio sensim demissus ab alto,*  
*Vltima Carpathium vestigia mittit in æquor*  
*Alluiturq; fretis Paphia quibus insula diues*  
*Cingitur, & Pharios videt alto à culmine fluens*  
*Mons Patrum pietate sacer, lateq; Priorum*  
*Inclitus hospitio vatum. nam dicitur illinc,*  
*Discipulo ambustum iaciens ex aere vestem,*  
*HELIAS ardenti calum petijisse volatu.*

Illinc perpetuis cœn missi è fontibus amnes  
Relligio, & sacri fluxit reuerentia cultus,  
Quicquid habent alij montes pietatis ab isto  
Ducitur, hac una plures è vite racemi  
Diffusi latè terras, atq; & quora complent.

Et quibuldam interie etis prosequitur.  
Huc igitur si quando quies vacuumq; negoti  
Tempus erat, veniens curas lenibat, & ipsa  
Majestate loci largè oblectata redibat.  
Propterea montana viri spelæa colentes  
Auditio illius fato, sublime facellum  
Apricis posuere iugis primi atq; quotannis  
Sacra instaurantes, hymnos & thura ferebant.  
Namq; ipsi se se, mox ut vulgata salutis  
Fama fuit, Christi magnus iunxitre ministris  
Fautores operis Sancti, sociosq; laborum.  
Propterea istorum longos seruata per annos,  
Posteritas iungit MARIAE cum nomine montis  
Nomina Carmeli, niueoq; insignis amictu  
Perpetuum seruat prisca pietatis honorem.  
Hos quoq; virginis penes est reuerentia cultus  
Principia seruata fide, velut Herculis olim  
Sacra Poticigena custodiuntre nepotes.  
Hoc Deus, hoc magna Petri qui præsidet aula  
Pastor, & aternis orbe moderatur habenis,  
Sapius accitus Patribus sacroq; Senatu  
Sanxit, & aranotis signa bifrontibus extant, &c.

Propter hoc ergo facellum à Carmelitis in Dei  
Genetricis honorem constructum, Fratres eiusdem  
sunt appellati. Quod ipsum testatur, vt alios infra  
adducendos præterea in, Abbas Spanheimensis li-  
bro primo de ortu & progressu Ord. Carmelit. cap. 7.  
his verbis: Sicut à Carmelo Carmelita, ita à Capella,  
quam adificauerunt usque in hodiernum diem.

Fratres Beatissima Dei Genetricis & Virg.

MARIAE appellantur.

\* \*

B. Virg.  
Maria post  
mortem  
filij sui,  
Carmelit  
montem  
adire, il-  
liusq; in-  
colas inui-  
sere sole-  
bat.